



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Franciscus de Soria n. 16

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

sanè dictum, & quod nisi pudoris ac modestiæ cancellis premerer, ponderatione dignissimum, & quia tale, & quia à tanto Martyre pronunciatum. Ita refertur apud P. Lancicium Tom. 2. Opuscul. spiritual. Opusc. 17. cap. 4. num. 211.

15. * A DIDACO NISSENO pluries eiusdem Ordinis Prouinciali meritissimo, scriptoreque nostræ atatis celeberrimo, qui in Approb. Tom. 2. virorum Illustrium Societatis, Societatem appellat, Acie[m] inclutorum militum illustriorem. Et in Tom. suo Dominicarum Dom. 2. post Epiphaz. Assumpt. 2. fol. mihi 108. Religionem præclaram, & illustrem, vocat. Et in suo Græciæ Phænice lib. 4. cap. 9. fol. mihi 187. Egregius (inquit) ille Fundator, ac præclarus antesignanus illustrioris Societatis, ac regiminis in Ecclesia Dei S. Ignatius de Loyola in sua Regula æquè sancta, ac disertæ præcepit, &c. Et infra: Eundem Sanctissimum Patriarcham vocat, sanctitatis prodigium, claramque religionæ Philosophiæ Cinosuram.

Societas inclutorum militum Acies. Religio præclara. Et illustrioris in Ecclesia Dei regiminis. Ignatius Sanctitatis prodigiū, & religio[s]a philosophiæ cinosura.

* AB EODEM, in Approb. vita P. Marcelli Mastrilli per Eusebium nostrum scriptæ Societatem appellat, Inuincibilem, quæ Calibæis suis calamis (seu fistulis militaribus) perfidum Hæreticorum vulgus explodens, in aëra disperfit, & cuncta Catholicorum dogmata fortiter propugnauit. Sic ille in dicta Approb. edita Matrit. ann. 1640.

Societas, inuincibilis suorū calamis perfidos hæreticos explodit. Et Catholicorū dogmata fortiter propugnata.

16. * A FRANCISCO DE SORIA Ordinis Definitore, & S. Officij Qualificatore, qui postquam in Censura Coronæ virtuose P. Eusebij, Societatem vocauit, Sacram, Religiosam, doctamque Familiam, statim subiungit: Auctores, libros, doctrinamque huius illustri[s] Congregationis nemo ignorat aurum esse totius Ecclesiæ purissimum, & defecati[s]simum, siue illa impetatur ab inuidia, siue curiosi eam rimentur, siue eam lucernis perscrutentur minus pij: & cum tanta sit huius diuitis fodinæ præstantia, quod miror magis, est abundantia, siquidem se adeò fecundam ostendit doctrinæ, ac si tam largiter se semper communicasset. Hec ille.

Eius doctrina aurum Ecclesiæ defecati[s]simum.

Diues literarum fodina.